



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**EPISTOLAE TRES AD || D. IOANNEM PAPPVM ||  
THEOLOGVM LVTHE-||RANVM:|| PRIMA, Excitatoria, cùm in  
seruando iureiurando Emetingæ factò, ne-||gligentior  
esset Pappus.|| SECVNDA, Refutatoria Parallelorum ...**

**Pistorius, Johann**

**COLONIAE, 1594**

**VD16 P 3042**

Ad Lectorem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-43314**

## AD LECTOREM.

**I**N eandem sententiam, sed paucissimis verbis, ad calicem epistolæ D. D. Pistorij, subscripserunt Reuerendi, Clarissimi & Doctissimi viri, D. D. Georgius Hænilinus, cum quo Pappus in manum conuenerat: & M. Ioannes Zehenderus, disputator in colloquio oppositus Pappo: & petebat vterque propria manu, vt tandem euigilans Pappus, vel promissionem sustineret, vel desertor factus Lutheranismi, profiteretur religionem nostram Catholicam: vt se facturum sanctissimè iurauerat Emetingē. Tamen sic admonitus Pappus: primùm in Martio sequentis anni Parallela, miserrima Parallela & digna nomine suo Parallela in apertum retulit: ad quæ & D. D. Hænilinus particulatim, proprio libro, & D. D. Pistorius sequente Epistola, responderunt. Lege lector, & iudica: & vide, quàm putidè noua & vana sit nouorum Euangelicorum religio: vt in mille quingentis annis nullum in omni genere mortalium & per orbem terrarum, quousque solis lumine collustratur, nominare constantem approbatorem, Sectæ suæ possint. Vale.



EPISTO.